



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

26. De 12. & 13. excommunicatione in Bulla Cœnæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

Vnde Clementina est multo amplior, quam sit Bulla in ha-  
parte. Aliæ etiam pœnæ ibi apponuntur, de quibus dicendum  
est postea in sequentibus.

*De Duodecima, & Decimateria excommunicatione  
in Bulla Cœna contenta.*

C A P V T      XXVI.

**D**uodecima excommunicatio complectitur multa  
nera personarum sub se. Qui occidunt, seu quoquo-  
do percutiunt, aut bonis spoliant, siue per se, siue  
alios, directe, vel indirecte hæc committant, aut exequi-  
curant, aut in eisdem, consilium, auxilium, vel fauorem pa-  
stant, cuiuscumque dignitatis, aut præminentiae existant,  
inquam aliquid ex predictis faciunt cōtra aliquem ex his  
nempe recurrentibus ad Romanam Curiam ob sua negoti-  
vel causas; aut eadem in curia prosequenteribus eadem negoti-  
vel causas; aut eorum solicitatoribus; aut aduocatis; aut Pro-  
ratoribus; aut Auditoribus, vel Iudicibus super causas, vel  
götia prædicta depuratis; siue istæ personæ lese sint Ecclesi-  
sticæ, siue seculares. Limirantur tamen istæ actiones omni-  
propter quas excommunicatio fertur, quando occasione  
intuitu causarum, vel negotiorum sunt.

Dubium esse potest hic: nam isti prosequentes negotia  
causas, possunt esse simul morantes in Curia, &c. cum super-  
sit etiam lata excommunicatio contra verberantes, & ma-  
lantes eos, qui in Curia morantur, videntur isti tales bis exco-  
municati. Dico ita esse: nam unus potest multis simul ligari  
excommunicationibus, propter varia delicta, ut habetur 3.  
4. can. Engelrudam. Vnde, qui hec committit, duabus indigo-  
absolutionibus, aut una complectente duas, ut absoluatur  
excommunicatione, qua parte incursa est propter unam ca-  
sam, & qua etiam parte incursa est propter alteram.

Decimateria excommunicatio multa genera personarum  
complectitur, quæ ipsius tenore facile lectori erunt mani-  
stæ: tenor autem talis est: Item excommunicamus, & anathema-  
zamus omnes, tam Ecclesiasticos, quam seculares, cuiuscumque digni-  
tatis, qui præexistentes fringam quandam appellationem a gratiano  
vel sicut a executione literariorum Apostolicarum, etiam in formate

uis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, execuitorium, & aliorum decretorum a nobis, & a Sede predicta, seu Legatis, Nuncijs, Presidentibus Cameræ Apostolicæ, Auditoribus, Commissarijs, alijsque Iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad Curias seculares, & laicam protestatem recurvunt, & ab ea instantे etiam Fisci procuratore, vel aduocato appellations huiusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia predicta capi, & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones, & notarij super huiusmodi litterarum, & processuum executione, instrumenta, vel acta conficeret, aut confessa parti, cuius interest tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, notarios, executores, & subexecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum predictorum capiunt, percipiunt, vulnerant, carcerant, deuinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciant, concurunt, & comminancur per se, vel alium, seu alios publicè, vel occultè, quive alias, quibuscumque personis, in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel literis imptrandis ad Rom. Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel litteras a dicta Sede imptrent, seu imptratis vitantur, directè, vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere presumunt.

De Decimaquarta, & Decimaquinta excommunicatione in Bulla Cœna contentis.

C A P V T      XXVII.

**D**ecimæ quartæ excommunicationis tenor sic se habet.  
*Excommunicamus, et anathematisamus omnes, et singulos,*  
*qui per se, vel alios auctoritate propria, ac de facto quarum-*  
*cumque exemptionem, vel aliarum gratiarum, et litterarum Aposto-*  
*licarum praetextu, beneficiales, et decimarum, ac alias causas spiritua-*  
*les, et spiritualibus annexas ab Auditoribus et Commissarijs nostris,*  
*alijsque Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illarumue cursum, et audi-*  
*tiam, ac personas, capitula, conueniunt, collegia, causas ipsas prosequi-*

